



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mariae Virginis Sacratiss. Miraculorum Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Carolo Borromæo Card. Ampliss. Mediolani Antistiti. Vitæ Spectatissimæ.
Viro

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](#)

CAROLO
BORROMAEO
CARD. AMPLISS.
MEDOLANI
ANTISTITI. VITAE
SPECTATISSIMAE. VIRO
HERCVLES. VINCE MALA
Iuriscon. Mediolanen. S. D.

V P E R I O R I B . proximis annis,
Antistes optime , cùm repenti-
na Dei optimi maximi ira , Me-
diolanum grauis pestilentia exu-
rere ; & latè etiam per totam hanc ditionem
da vis morbi vagaretur ; eadem lues, cursim
irrumpens , in multos pagos praedijs , ac fun-
dis nostris proximos se intulerat . Raptimi

2011 † 2 ego

ego illuc cursitauit ; vt , quantus quantus
eram , totus praestò essem miseris , & dereli-
ctis agricolis , qui acri mortis metu pertur-
babantur ; dum alios confertos aceruatim
funerib. cumulari , ab alijs extremo spiritu
mortem contineri uiderent . Illis interdiu ,
si quid ex usu erat , quod à me praestari pos-
set , operam dabam ; & omne studium in ea
conferebam , quae perspiciebam in ipsorum
rem esse . Ad vesperam terribilium rerum lu-
ctuoso spectaculo male affectum animum
relaxare , & aegritudine praepeditum expedi-
re oportebat : vt , quando misericordia , ac
metu grauiter commotus fueram ; paullum
recreatus ad laborem diutiùs sustinendum
me instituerem , & pararem . Iudicauit , me
ex sententia id posse assequi , si aliqua legif-
sem , quib. animus , qui lassus , & cura confe-
ctus stupebat , in certam , ac verissimam ali-
quam spem adduceretur . Occurrit ergo au-
reus , ac diuinus liber , in quo eo anno puris-
simae D E I P A R E N T I S miracula , à Sil-
uano Razzio , monaco Camaldulensi Etruscè
scripta erant . Nihil ità mihi Deus sit propri-
tius ,

tius, opportunum magis offerri poterat. Il-
lum audiissimè, & mirifica animi attentione
lectitabam; illinc flores suauissimum odo-
rem afflanteis decerpbam: illinc eos capie-
bam fructus, quorum tanta erat suauitas, ut
exquisitissimi mellis liquores iucundissimo
animi sensu tractari viderentur. Ijs alebatur
animus, & curis solutus augebatur. Palam
.n. siebat, quām saepe, quām celeriter, mor-
tales calamitatib. oppressi, dum neq. auxiliij
copiam, neq. consilij ullum locum haberent,
piè hac Virgine uocata, è summis aerumnis
se expeditos, & è maximis malis euolutos sen-
serint. Erectus ea spe, humani consilij inops,
ad ipsam, quae semper huius vrbis caussam
apud Deum praestrenue egit, vota quotidiè
vertebam; vt misericordiae fontes aperiens,
tantae cladi finem, ac remedium à filio impe-
traret; & tantum deniq. malum ad salutem
conuerteret. Dum spectatissima cognitae,
ac probatae pietatis exempla meditarer: futu-
rum arbitratus sum, vt, si latinè scripta fuis-
sent, legerentur à plurib.. multi. n. ab eo di-
cendi genere, quod in Etruria floret, licet ele-

† 3 gans,

gans, & venustum sit, prorsus abhorret. Eam
ego in rem saepè cogitationem fixi ; quin
etiam , ut illud aggrederer, iusta me primùm
ratio impulit. Etenim, si illa diligentius per-
pensa infixissem memoriae , & in animo in-
scripsissem, praeclarè intelligebam, quām vti-
lia futura essent , ad corruptos mores ejcien-
dos , & ad illas cupiditates reprimendas, ac re-
stinguendas, quib. plerunq. feruescere , & ra-
pi solet iuuentus. Quapropter illo calamito-
si ocij tempore, quo tu, diuine uir saepe inte-
grum biduum in templo ieunè , ac duriter
te habebas ; quo illis terrorib. auertendis vota
prostratus , & abiectus pro nobis apud Deum
fuscipiebas , primum miraculorum librum
conscripti . Quanquam clarum , & apertum
erat, ad hanc rem studijs , ac virib. meis om-
nib. collatis , ne minimam quidem partem
eius religionis , quac à me Virgini debetur, in
ijs scribendis praestari posse , me tamen infi-
nitæ eius clementia ad id diuino quodam in-
stinctu visa est inflammare. Pro certo n.ha-
bebam, futurum , vt tenuem hunc laborum
meorum foctum aequis oculis adspiceret, quæ
demissos,

demissos , & humileis altius , & magnificè ef-
ferre , atq. apud coeli regem in edito , & ex-
celso loco amplissimè collocare , & statuere
solet . Deniq. , cum ex se , non ex eius ingenio ,
qui scribit , rerum grauitas , ac magnitudo sit
spectanda ; amicis , qui mihi ut hunc librum
in publicum prodire sinerem , auctores , &
impulsores erant , morem gestum oportuit .
Hoc etiam Petro Galesinio Protonotario
Apostolico , viro præstantissimo probari vi-
debatur . Quocirca tanto alacrius ad eam
rem accensus sum , quantò pluris apud me
eius , quam reliquorum omnium est iudicium .
Quod si hos celabores in tuo nomine , cuius
splendore hoc saeculū resulget , apparere con-
tingisset : mihi perspicuum erat fore ; ut , si quae
illis ingenij mei culpa tenebrae offusae essent ;
tanquam lucidus sol eas excuteret ; & ex te illis
maxima lux oboriretur . Ac quidem , cùm
subrustico quodam pudore prius deterritus
essem , singulari tua benignitate impulsus ani-
mum recepi ; & in spem veni , vt primum
hunc librum , qui tuo nomini inscriptus est ,
tuendum enixè susciperes . Nam , cum tu can-
didissima

0157

didissima puritate in toto vitae tue cursu mirabiliter excellueris : ea tibi in intimis sensib.
haerere cendum est , quib. purissima Dei
mater memoratur , & ab ea in homines collata beneficia recensentur . Cuinam obscurum est ; quām sancte , quam auguste eam
colas ; pro cuius filio , qui se pro omniū salute obtulit , tibi suave erit , si usu veniat , omneis
inimicitias capere , quolibet cruciatu mortem
oppetere , ac effundere sanguinem ? omnib.
exploratum est , pastor vigilantissime , animo
tam singulari esse te , erga cōmissum tibi à filio
Virginis gregē , ut totus in ea cura sis , ibi te
oblectes , de nulla alia re cogites , tuusq. ibi sit
postremò animus . Quin uireis tuas omneis
eā ob caussam exhaustis , ac debilitas ; aetatem
tuam , ac uitam conterens , nullam aliam in
partem cogitatione vñquam traheris . Non
uerbis , dici potest , quām re ipsa benè cum
hac ciuitate agatur ; quae tam vigilantem Antistitem , & in quo saepe , ac libenter Deus potestatem suam planè ostendit , habeat . Nae
vigilantiae testis est hic populus tuo studio , &
cura totus in Dei cultum conuersus . Quām
vero

verò saepè coeli rex pijs tuis precib. victus mi-
sericordiae suae rorē vbertim super hunc
populum fuderit, iam apertissimis signis in-
dicatum est. Fixo. n. à te clavo illo, à quo
acerbisimum vulnus hominum liberator ac-
cepit, & à quo grauissimo dolore afflictatus
est coeli triumphator, nae pestilentia sedata
est. Is clavis est, quo C H R I S T V S I E-
S V S confixus est; non ille, cui figendo dicta-
torem senatus R. dici iubebat. Iterum, post
acrem pruinam noua, atq. inaudita siccitate
prata, uineae, agri omnes ita exusti erant; ut
planè qius anni fructuum spes erepta esset. tre-
pidabat ciuitas: omnis tanta sollicitudo occu-
parat; ut nihil consilij pectore considereret. At,
dū te ad figendum sacrosanctum clavū paras,
uberrimus imber statim effluxit. Eo ita om-
nia irrigata sunt; vt eo anno posteā fruges,
ac fructus copiosissimè prouenerint. Nulla est
iam regio in terris, quae nomen tuum non
audiat; dum amoris diuini aeterno, ac suauis
vulnera transfixus omnib. sanctissimam reli-
gionem in cutis; sanctissimasq. tuas cogitatio-
nes ad cœlestia, Angelicaq. facta quotidie

confers.

b92

confers. Nemo est iam, qui, si tua vestigia per-
sequi, animum induxit, recta via cursum suū
non contendat; & omnem mortalium rerum
amorem abijciens, in Deum non transfun-
dat. Immo è conspectu nunquam amittetur
religio, ac pietas; ab oculis nunquā abducetur.
Quod si quis in huius mūdi proelio; quo diu;
atq. diu, ac uchementer contra efferos hostes,
nobis pugnandū est; tuo ductu certare decre-
uerit; irae Satani, terga uertens abiectis armis
dabitur in fugam, fuisusq., ac dispersus praec-
ceps agetur. Scelestus. n. & impurus, ut nos
sub indecora ditione, & turpissimo peccati
imperio retineat; semper struit dōlos, & fal-
lacias intendit. Ille in nos cruentissima tela
adigens, ac venena infundens, humanam vi-
tam turbat, & infinitis poenè sollicitat malis.
tametsi effera bellua os impurissimum ape-
rit, ut immoderatis rapinis se expleat, ut
veluti vorax charybdis, vel potius vastum
mare nos absorbeat; tu tamen in illam disper-
titis ordinib. legiones instruis; vt nos ab eius
faucib. ereptos ad Deum perducas; vt in Abra-
hae sinum, & complexum tandem eamus.

Sed

Sed, vt illuc, vnde digressus sum, redeam, manus ad te, qui firmissimum es Ecclesiae columen, & Haereticorum horror, qui diuinus es inter homines, tendo; voceq. significo libellum hunc in fidem, ac potestatem tuam concedere. Quòd si mihi perspectum erit; haec mea studia à te minimè despici, mea ad scribendum augebitur industria! Vale. xij. Kal. Sextil. **∞. 13. LXXIX.**